



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Feria quinta in ramis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

feria quinta in ramis:

¶ christus volebat ut voluntas patris adimpleret. secundum voluntatem rationis. non secundum voluntatem sensibilitatis aut voluntatis considerate per modum nature. ¶ Ad secundam eodem modo respondetur quod conformitas voluntatis humane ad voluntatem divinam attenditur secundum voluntatem rationis. secundum quam etiam voluntates amicorum concordant. in quantum ratio considerat aliquid voluntatum in ordine ad voluntatem amici. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam quod christus simul fuit comprehensor et viator. in quantum scilicet per mentem fruebatur deo. et habebat carnem passibilem. et ideo ex parte carnis passibilis poterat in eo aliud accidere quod repugnaret naturali voluntati ipsius. et etiam appetitui sensitivo. quod non contingit in beatis qui tantum sunt comprehensores. qui ita dotati sunt impassibilitate ut nihil posset eis occurrere nocivum aut lesivum. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quod conformitas que est in volito non facit rectitudinem voluntatis. quod aliquid potest peccare volendo. id est volens quod deus vult. ut volendo quod pater meus moreretur et etiam potest mereri in hoc quod illud non vult quod deus vult. ut paulus cupiebat dissolvi et esse cum christo. et deus volebat quod non dissolveretur. sed propter fructum animarum adhuc militaret. sed rectitudo voluntatis causatur ex modo volendi. ut scilicet vellet ex caritate sicut deus. et iterum in causa fis-

nali ut propter idem vellet. et iterum in causa efficiendi. ut scilicet deus velit eum velle.



Eria quinta in cena domini est eucharistia. Ante diem festum pasche etc. Job. xij. Et

ca quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima utrum convenienter in die cene institutum est sacramentum eucharistie. ¶ Secunda. utrum convenienter christus in die cene inde pro ditori tribuerit sacramentum corporis et sanguinis sui. ¶ Tertia. utrum post buccellam intinctam a christo inde porrectam diabolus intravit in eam.



D primas questiones sic procedit. Cuius sanc. rbo. iij. sen. disti. xij. arti. iij. q. i. et q. Item. iij. q. q. lxxij. ar. v.

Et videtur quod non convenienter die cene institutum fuit sacramentum eucharistie. ¶ Primo sic. per hoc sacramentum homines christo ununtur sicut membris capiti. An dicitur Job. vj. Qui manuducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. sed christus est caput etiam omnium hominum etiam qui fuerunt ab initio mundi. ergo debuit institutio hu-

1025. Quadri die de

susmodi sacramenti differri usque
 ad finem mundi. **S**ecundo sic, hoc sa-
 cramentum dicitur viaticum, quia
 tendentes ad patriam in via confortat.
 quotidie nos etiam lapsos reparat, sed
 patres qui erant ante aduentum
 christi ad patriam tendebant hospites
 et peregrinos se vocantes, ut patet ad
 Hebr. xij. et quotidiana peccatis
 impediebant ergo ante aduentum
 christi debuit sacramentum hoc
 institui. **T**ertio sic hoc sacramentum
 dicitur memoriale passionis christi, sicut
 illud Luce xxij. Hoc facite in
 meam commemorationem, sed memoria
 est preteritorum, ergo hoc sacramentum
 non debuit ante passionem christi
 institui, et persequens non in cena.
Quarto sic, per baptismum aliquis ordi-
 natur ad eucharistiam que non nisi
 baptizatus debet dari, sed bap-
 tismus instituitur post christi passio-
 nem et resurrectionem, ut patet mat-
 thei vlti, ergo hoc sacramentum
 inconuenienter est institutum ante
 christi passionem. **I**n oppositum est
 euangelium peris, in quo dicitur quod
 hoc sacramentum est institutum a
 christo, de christo autem dicitur mat-
 thei viij. quod bene omnia fecit, ergo
 conuenienter institutum est quod
 christus instituit. **R**e-
 spondeo dicendum sub duabus con-
 clusionibus. **P**rima, quod non potuit
 institui ante incarnationem verbi,
 patet conclusio, quod hoc sacramentum
 continet verbum incarnatum realiter,
 ergo institui non potuit ante in-
 carnationem verbi. **S**ecundo sic, hoc
 sacramentum continet gratie pleni-

tudinem unde eucharistia dicitur
 sed tempus plenitudinis incepit
 ab incarnatione christi, ergo ante
 incarnationem institui non potuit
 hoc sacramentum. **S**ecunda conclusio
 conuenienter institutum est hoc sa-
 cramentum die cene et non ante.
Ita conclusio ostenditur ex quat-
 tuor. **P**rima apparet ex necessitate
 que assignat institutionis
 homini sacramenti, ut quod ad perfe-
 ctionem nostram exigebat ut caput
 nostrum etiam realiter nobis coniu-
 geretur, et ideo quodammodo sub
 propria specie cum hominibus conuersatus
 est non oportebat hoc sacramentum
 institui, sed quod eius corporali pre-
 sentia destituenda erat ecclesia.
Et ista ratio tangit ab eusebio
 qui sic ait, quod corpus assumptum
 ablatum erat ab oculis et illatum
 fideribus, necesse erat ut die
 cene sacramentum corporis et san-
 guinis sui consecraret ut coleret
 iugiter per misterium quod semel of-
 ferebatur in precium. **S**ecunda ratio
 sumitur ab eius figura, Christus quod
 diu in mundo conuersatus est
 figuram legis obseruare voluit factum
 sub lege ut eos qui sub lege erant
 redimeret, et quia veniente veri-
 tate cessit figura ideo non debuit
 hoc sacramentum institui nisi christo
 abscedente per mortem quando
 figure veteris legis terminan-
 de erant, et ideo conueniens fuit
 imminente passione celebrato
 priori sacramento nouum sacra-
 mentum instituere, et quia ibi ter-
 minatur figura vbi dicitur incipere

Feria quinta in ramis.

veritas. Agnus autem paschalis erat figura hmoi sacramenti et institutus est post comestionem agni. An cantat in officio corporis xpi. Post agnum typicum expletis epulis corporis dominici datur discipulis etc. Tertia ratio sumit ex ipsa representatione hmoi sacramenti. Est enim representativum dominice passionis et ideo congrue iam passionis imminente instituit. Quarta ratio sumit ex ritu quo frequentatum est hoc sacramentum ut ultimo traditum magis memorie teneretur. Ea enim que ultimo dicuntur maxime ab amicis recedentibus magis memorie commendant. Prefertim quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos. Ea vero ad que magis afficimur profundius imprimuntur. quia igitur ut papa alexander dicit. nihil in sacrificiis maius esse potest quam corpus et sanguis christi neculla oblatio hac potior. et ideo ut maiori veneratione haberetur dominus ultimo discessu suo a discipulis suis hoc sacramentum instituit. Et hoc idem dicit augustinus in libro rationum ad ianuarii. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia christus ab origine mundi erat caput iustorum non quasi habens actu conformitatem in natura cum membris ecclesie incarnatione nodum facta. sed solum secundum incarnationem expectatum. et ideo coniunctio corporis mystici ad suum caput per ipse illo non poterat fieri per aliquod sacramentum realiter coniungens ipsum

caput membris conformem. sed poterat per aliqua sacramenta figurantia. Ad secundam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia quibus antiqui patres essent tendentes ad patriam. non tamen erant illi in statu tunc perveniendi ante christi incarnationem. et ideo non compererat pro tempore viaticum esse quo statim ad patriam procederent. Ad tertiam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia sacramentum illud fuit institutum in cena ut in futuro esset memoriale dominice passionis. ea perfecta. An signanter dicit. Quotienscumque feceritis in meam commemorationem de futuro loquens. Unde tunc erat memoriale. sed institutum in memoriam in posterum celebrandam. Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia baptismus iam erat institutus in ipso christi baptismo. An iam aliqui ipso christi baptismo erant baptizati etc. ut legitur in iohanne. Et necessitas utendi sacramenti baptismi indicta fuit hominibus post passionem et resurrectionem.



De secundis questionibus procedit... sen. dist. c. ij. ar. ij. Et dicitur quod non conveniens... christus in die cene daret sacramentum corporis et sanguinis eius iudeis...

...tortis. Quadri die de ...
...xpi m...

¶ Primo sic. xps impleuit quod precepit sibi illud Act. j. Lepit iesus facere et docere. sed precepit matthei. vij. Nolite sanctum dare canibus. cum ipse xps cognosceret iudam esse peccatores. videtur quod non fuit conueniens quod ipse inde daret corpus suum et sanguinem. ¶ Secundo sic. dicit augustinus. quod deus non est causa alicuius deterioris fiat. sed iudas sumendo corpus xpi peccauit et factus est deterior ergo non fuit conueniens quod illi daret sacramentum. ¶ Tertio sic. sicut legitur matthei. xxvj. Postquam dominus dedit discipulis corpus et sanguinem suum dixit eis. Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque ad diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. et quod erat eis in remissionem peccatorum. scilicet neutrum inde comedit. ergo videtur quod iudas non accepit sacramentum cum aliis. ¶ In oppositum est euangelium. ubi dicitur oibus. Accipite et manducate etc. ¶ Rursus dicendum sub ista conclusione. Conuenienter xps dedit iude simul cum aliis discipulis corpus et sanguinem suum in sacramento. Ista conclusio est christophori et augustini et dionysii. libro celestis hierarchie. Licet enim considerata malicia iude non debuisset xps corpus suum et sanguinem ei dare. Tum quia xps debuit esse nobis exemplum iusticie non conueniebat eius magisterio ut iudam occultum peccatorem sine accusatore et euidente probatione

ab aliorum additione separasset. ne per hoc daretur exemplum platis ecclesie similia faciendi scilicet peccatoribus occultis denegare sacramentum. Tum secundo ut omnem occasionem ei auferret malefaciendi quas assumere potuisset si in aliquo ab aliis discipulis ante apertam maliciam fuisset discretus. Hylarius tamen contrarium dicere videtur. sed quod dictum est communius tenetur. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando premissam. et ratio est. quia scilicet iudas in rei veritate canis esset et eius iniquitas nota esset xpo sicut deo. non tamen erat nota ei per modum quo hominibus immotescit. et ideo xps iudam non repulit a comunione. ut daret exemplum tales peccatores occultos non esse ab aliis sacerdotibus repellendos. ¶ Ad secundam respondetur negando premissam. et ratio est. quia xps non dedit causam nec occasionem inde peccandi sed peccatum euitandi ex mansuetudinis sue ostensione ad ipsum. sed ipse ex tali medicina sumpsit periculum mortis. ¶ Ad tertiam respondetur negando premissam. et ratio est. quia quod iudas nec biberit vinum in regno xpi. nec remissionem peccatorum persecutus sit culpa sua fuit quia sacramentum corporis et sanguinis christi tantum sacramentaliter sumpsit non autem spiritualiter. Bibere autem vinum in regno patris cum xpo et peccatorum remissionem consequi. tantum spiritualiter sumen

Feria quinta in ramis.

tibus sacramentū debentur.



D tertiā questionē sic proceditur. et videtur quod post buccellaz panis porrectā iude nō intra-

uit diabolus in eū. **P**rimo sic. dicitur Luc. xxi. quod intrauit sathanas in eum. et Job. xii. quod diabolus immiserit in cor iude ut traderet euz. sed hoc fuit ante buccellam panis susceptā. ergo nō post buccellaz etc. **S**ecundo sic. quod nec ante. nec post. solus deus illabitur anime. ergo diabolus non potuit intrare in cor iude. antequam deditur maxime nota. ergo etc. **I**n oppositum est euangelium. Et c. sic iudas. de pse. di. ij. **R**epondeo dicendum iuxta sanctum thomam. in quolibeto. iij. art. viij. Et super Job. c. xii. quod sathanā intrare iudā siue alium hominem potest dupliciter intelligi. Uno modo in corpore hominis sicut his qui corporaliter vexantur a demone. Et hoc modo est conclusio. quod essentialiter potest demō intrare in hominem. sicut patet ex multis locis euangelij. Alio modo potest intelligi. scilicet quod diabolus intret in mentē. ita quod menti diabolus essentialiter illabitur. Et hoc modo est conclusio. quod diabolus nō potest intrare in mentē hominis. sed solus deus. Patet ista conclusio sic. **A**ia enim rationalis cum sit simplex et

incorporea nō habet dimensionē quantitatis ut aliqd in ea esse dicat quāsi infra eiusdem dimensionē prout et ideo nihil potest in ea esse nisi quod ei dat esse. quod in ea est per virtutē suā. **D**icimus quod deus quod aiaz iesse patet et est in aia per suā virtutē. ubi autem est virtus dei ibi est et essentia dei. **I**n deo enim idē est essentia et virtus. **U**bi manifestū reliquit quod solus deus essentialiter est in aia. **A**d rationem autem in oppositū respondetur primo quod diabolus dicitur intrare cor vel mentē hominis affectū vel effectū malicie inquit. scilicet homo ab eo seducitur sequitur eum ad perpetrandum malū quod suggerit. **S**ecundo dicitur intrasse cor iude. **U**bi dicitur nico. de lyra super illud Luc. xxi. **I**ntrauit sathanas iudā. id est aiaz in per illapsū. quod est propter prius effectū. videlicet in christi ei suggerendo. **S**ecundo dicitur quod post buccellā panis dicitur diabolus intrasse iudā. nō debet deus possidēdo de nouo quod patet argutum est intraverat. sed intravit post eū plenius possidēdo. **S**icut apostoli. scilicet spiritus sanctum receperunt ante resurrectionē dñi. dicitur tamen receperunt spiritum sanctum in die penthecoste quia maiore plenitudine eius receperunt. **A**d secundam partem responsio ex dictis.



Tertia sententia in qua fit mentio de mentio christi legitur in sententia Job. c. xii. circa quā sunt disputata

tōz. Quadi aut die vā
 tōz. Quadi aut die vā
 tōz. Quadi aut die vā

ri sequentes questiones. **¶** Primo. vtrū cōueniens fuit xp̄s mori. **¶** Secdo. vtrū alia passio xp̄i suffecisset q̄ mors pro redēptio ne humani generis. **¶** Tertio. vtrū cōueniens fuit christuz cum latronibus crucifigi.



¶ **Q**uoniam primaz questionez sic pceditur (iij. pre. q. l. ar. j.) Et videtur q̄ non fuit cōueniens christuz mori. **¶** Primo sic. id em̄ qd̄ est principiū in aliquo genere nō dī sponit p̄ id qd̄ est cōtrarium illi generi. sicut ignis qui est principiū caloris nunq̄ potest esse frigidus. s̄z fili⁹ dei est principiū r̄ fōs vite ergo videt̄ q̄ nō fuerit pueniēs xp̄m mori. **¶** Secdo sic. maior est defect⁹ mortis q̄ morbi. qz p̄ morbū puenit ad mortē. s̄z nō fuit pueniēs xp̄s aliquo morbo languescere. vt **¶** Lbryso. dicit sup̄ **¶** Dat. ergo etiā nō fuit cōueniēs ip̄m mori. **¶** Tertio sic. xp̄s dicit **¶** Job. x. Ego veni vt vitā h̄a beāt̄r abūdāt̄ habeāt. s̄z oppositū nō pducit ad oppositū. ergo videt̄ q̄ nō fuit pueniēs xp̄s mori. **¶** In oppositū est euāgeliiū p̄s. Et illud **¶** Job. xj. Expediit vt moriā vn⁹ hō p̄ p̄plo. **¶** Rūdeo dī cēdū sub ista cōclusiōe. cōueniēs fuit xp̄m mori. r̄ hoc multiplici rōne. Primo qd̄ ad satisfaciendū p̄ huano genere qd̄ erat mor

ti adiudicatū p̄pter pctm̄. s̄m illud **¶** Gen. ij. Quacūqz die comederitis morte moriemini Est autē cōueniēs satisfaciēdi p̄ alio mod⁹ cū q̄s subicit se pene quaz ali⁹ meruit. r̄ ideo xp̄s mori voluit vt moriēdo p̄ nobis satisfaceret. s̄m illud. **¶** J. **¶** Def. iij. Xp̄s semel p̄ pctis nostris mortu⁹ est. Secdo ad osidēdū vitatē nature assumpte. Sic em̄ eusebi⁹ dicit. si aliter post conuersationē cum hoibus euāescēs subito euolaret fugiens mortē ab oib⁹ cōparē fantasmati. Tertio vt a mortuis resurgēdo virtutē suā osideret qua mortez supauit. r̄ nobis sp̄ez resurgēdi a mortuis daret vt apl⁹ ait. **¶** J. **¶** Cor. xv. **¶** Ad rōes in oppositū. **¶** Ad primam r̄ndet̄ q̄ xp̄s est fons vite s̄m q̄ de⁹. nō aut s̄m q̄ hō. Mortu⁹ aut nō est s̄m q̄ de⁹. s̄z s̄m q̄ hō. r̄ ita nō pcedit. **¶** Ad scdaz r̄ndet̄ negādo p̄sēq̄ntiā. Et rō est. qz xp̄s non sustinuit mortē ex morbo pueniēte ne videt̄ ex necessitate mortē p̄pter infirmitatē nature. s̄z sustinuit mortē ab exteriori illatā cui se spontaneū obtulit. vt morse⁹ volūtaria osideret. **¶** Ad tertiā r̄ndet̄. negādo p̄sēq̄ntiā. r̄ ad pbationē dī q̄ vnuz oppositoz p̄ se non ducit ad aliud. s̄z q̄nc̄ bene p̄ accidēs. sicut frigidū p̄ accedēs q̄nc̄ calefacit. r̄ hoc mō xp̄s p̄ suā mortē nos pducit ad vitā. qz de sua morte mortē nr̄am destruxit. sicut qui penaz p̄ aliquo sustinet remonet penam eius.